



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad part. 5. Quæst. 12. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

Prout etiam tollebat quod dici solet, assistentiam non dare manutentionem, quando est obfuscata actibus contrariis, quia id procedit, quando est sola, factus si cum ea concurrant actus possessionis, tunc enim Ordinarius est manutenendus, qui est in possessione, propter assistentiam quam habet ultra dictos actus, licet inferior etiam ostendat actus contrarios.

Quare cum plura opponerentur contra probationes Abbatis, quæ egent discussione in progressu causæ; interim Domini censuerunt posse denegari manutentionem dicto Archiepiscopo, ut fuit dictum in *Baren. jurisdictionis* 1. Februarii 1610. coram R. P. D. meo Cocchino; & in *Feronensi supra allegata*.

Et ita decitum, &c.

Ad part. 5. Quæst. 12. *Additio.*

Visitatores regulariter non posse quemquam beneficio aut officio private tenentem Innocent. in cap. dilectus, num. 1. & ibi Hostien. num. 2. Ioan. Andr. numer. 5. & alii communiter per text. in c. in singulis. §. ordinentur de statu monach. & per rationem, quia privatio, cum sit pœna gravissima, non potest imponi, nisi prævia citatione, & factò processu Ordinario. C. inventum 16 quæst. 7. ubi glos. & Archid. Visitator autem in visitatione non potest processus judiciales conficere, neque causas ordinarias cognoscere & definire, sed solum pravorum mores corrigere impositis pœnis & pœnitentiis salutaribus. cap. fin. de statu monach. cap. Romana, §. sane de censib. in 6. Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 3. vers. visitationum autem plene Fagnan. in d. cap. dilectus, num. 18. & num. 29. cum seqq. de rescript. quæ omnia declaranda sunt ut ibi per eum.



DE-